



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

1 De cessatione legis ex cessatione causae finalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

nullo modo privilegium reuocari potest, sed solum poterit reprobati, quia vel sententia est iusta, vel iniusta, si iniusta sit non habet effectum, neque ex illa privilegium derogatur, vt non habet effectum, neque ex illa privilegium derogatur, vt non habet effectum, neque ex illa privilegium derogatur, vt non habet effectum...

§. V.

Quae publicatio reuocationis necessaria sit, vt privilegium reuocatum censeatur.

- 1. Si lege lata est reuocandum, debet publicari ex publicatione qua lex.
2. Si priuatum reuocatur privilegium, non habet effectum, quousque privilegium immoretur.
3. Qui cessant hanc reuocationem quocumque modo cognitum privilegium sufficere.
4. Probabilis est debere fieri per nuntium, vel epistolam, & rescriptum ad id specialiter destinatum.

Præmittendum est reuocationem aliam esse ab homine, aliam a lege.

Si lege lata privilegium reuocetur, necessaria est illa publicatio, quam ad legis constitutionem diximus requiri, quia non potest talis lex vim habere reuocandi, quousque in suo esse sit constituta: non autem est constituta, quousque publicetur. Ergo adde in hac reuocatione separari non posse vim obligandi a vi reuocandi, cum ab eodem fundamento, scilicet a lege, uterque effectus nascatur. At quia diuersi modis de lege ciuili, & canonica loquimur, iuxta eam diuersitatem de reuocatione per legem ciuilem aut canonicam dicendum est. Diximus namque legem ciuilem, si pro diuersis prouinciis feratur ab his qui imperatoris, legibus reguntur, in qualibet prouincia esse publicandam, & in ea non habere effectum, nisi post duos menses à die promulgationis: si autem feratur pro vniuersa prouincia, in ea solum publicandam esse, & in ea non habere effectum, nisi postquam cunctis rebus sufficiens, vt in subditum notitiam debeat: legem autem canonicam diximus sufficere Romæ esse publicatam, vt omnes obliget, postquam ad illorum notitiam deuenit, aut eum modo deuenire possit, & non antea. Idem ergo dicendum est de lege hac reuocatoria, quia vera est lex, & habet effectum obligandi, & sæpe irritandi actus contra illam factos: quæ omnia ex postulant, vt feruentur in illa conditione necessaria ad legem sic docent, relatio Felino, Panormitano, & alius Salas disp. 17. de legibus sect. 17. n. 80 & 82. Suar. lib. 8. c. 40. n. 1. & seqq. Bonac. disp. 1. q. 3. punct. 8. §. 3. n. 10. Non desunt tamen qui dicant requiri publicationem legis reuocantis privilegium in qualibet diocesi, sic docent Soto 1. de iustit. q. 1. n. 4. Medina 1. 2. q. 90. a. 4. post. §. conclus. Emao. Sæ verbis gratia n. 17. in vtraque edit. At ceti de sine fundamento, cum videamus reuocari sæpe privilegia ob legem Romæ publicatam.

Verum si privilegium priuatum reuocetur, quod fieri potest vel mandato concedentis, vel alio priuilegio, affirmandum est non habere effectum reuocationem, quousque privilegium inuocetur: sic ex communi sententia docet sylu. verb. gratia, n. 4. & verbis indulgentia, n. 17. Corduba in qq. lib. 4. q. 36. concl. 3. Sotus 1. de iustit. q. 1. vt. 4. Medina 1. 2. q. 90. a. 4. post. §. 5. concl. Azor lib. 1. c. 12. q. 7. Bonac. n. 10. Salas n. 82. Suar. n. 6. & de pœni. disp. vol. 2. Balilius lib. 8. c. 9. n. 14. Ratio est quia ad rectam reipublicæ & Ecclesiæ gubernationem pertinet, vt vellet Principes priuilegiatos suis priuilegijs vri quousque agnoscerent esse reuocata alijs vellet priuilegijs inuadit, quod non est credendum de Christiano Principe.

Addeat verò aliqui hanc reuocationem non esse necessariam fieri per nuntium, vel per epistolam ad hoc missam ab ipso reuocante, sed quocumque modo et ubi reddatur privilegium de sui priuilegio reuocatione, privilegium est reuocatum, sic docet Suar. lib. 8. c. 40. n. 7. Bonac. disp. 1. q. 3. punct. 8. §. 3. n. 10. Sine ratio esse potest, quia ex natura rei hic modus noti-

Ord. de Castro Sum. Mor. Pars I.

tia per nuntium, vel epistolam ad reuocationem non est necessarius, vt de constat iure autem positio nullibi inuenitur præscriptus. Ergo sine fundamento expostulatur. Et confirmo. Reuocatio privilegij solum ex voluntate concedentis pendet, non ex voluntate privilegiarij, siquidem privilegio reuocante fieri potest. Ergo si illius notitia in privilegiario requiritur, & ob suauem regimen Ecclesiæ, quod certe saluatur, ex quocumque capite notitia habetur. Neque obstat ad concessionem privilegij requiri intimationem illius per rescriptum, vel nuntium ad id destinatum: vt inde discimus etiam in reuocatione necessarium esse, quia privilegij concessio non habet effectum absque acceptatione privilegiarij, ac proinde debet concedens manifestare suam voluntatem, & concessionem privilegiario, vt ipse acceptet: non autem potest dici manifestare suam voluntatem, si nomine ipsius non fit. Ergo Adde. Concedentis, & acceptantis voluntates debent aliquo modo vri, ad cuius vnionem hæc intimatio videtur ex natura rei expostulata: at quia reuocatio non pendet ex acceptatione privilegiarij, sed illo inuito fieri potest, efficitur non videri necessariam illam intimationem.

Verum etsi hoc sit satis probabile. At credo probabilius esse reuocationem fieri debere per rescriptum, epistolam, vel nuntium ad id destinatum: sic docet expresse anst. lib. 8. cap. 19. n. 14. Sæ verbis gratia n. 17. in vtraque editione: & meo iudicio tenentur docere omnes illi, qui dicunt reuocationem iurisdictionis ordinariæ, vel delegatæ debere fieri per nuntium, ad id destinatum, neque sufficere notitiam reuocationis aliunde habitam, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. 3. de matr. disp. 30. n. 12. & disp. 36. n. 9. quia hæc iurisdictio, est quoddam privilegium, & quidquid de illa dicitur de privilegio dici potest. Ratio autem est, quia reuocans privilegium siue per legem, siue priuatum, tenetur reuocato intimare reuocationem, ne amplius privilegio vtatur, aliàs imprudenter operaretur. Ergo quousque ipse intimet, non censetur velle reuocare. Adde reuocationem privilegij, sicut & legis debet reuocari publicari. Ergo publicatio, quæ à reuocante non procedit, non est publicatio authentica, ac proinde non firmat reuocationem, sicut diximus de publicatione legis non facta à legiflatore. Quæ circa huiusmodi publicatio, & intimatio non propter acceptationem ipsius privilegiarij, sed propter naturam ipsius reuocationis necessaria est. Et per hæc sit satis fundamentum contrario.



DISPUTATIO V.

De cessatione legis, eiusque interpretatione.

VELICITER obligatio legis cessare potest, vel in totum, vel in parte. In totum cessat, quando cessat lex, eo quod cessat omnino causa, ob quam fuit concessa, vel ex eo quod abrogata sit. In parte cessat lex, quando aliquo casu specialiter, vel pro aliquo tempore eius obligatio cessat; & hoc contingere potest dupliciter. Primo eo quod adueniat tales circumstantiæ, quibus adsunt his prudenter iudicatur legiflatorem, vel noluisse, vel non potuisse sua lege ibi obligare: & hæc non est propria cessatio, quia nunquam ad illum casum lex extensa fuit. Secundo contingit, quando lex casum comprehendit, & legiflator sua voluntate ab illius obligatione subditos eximit. Quapropter cessare potest adæquate lex. Primo ex cessatione causæ finalis illius, Secundo abrogatione. Tertio cessare ex parte potest interpretatione. Quarto dispensatione. De prioribus dicendum est in præfati dispensatione, & in sequenti agemus de cessatione per dispensationem.

PUNCTVM I.

De cessatione legis ex cessatione causæ finalis illius

- 1. Distinguitur duplex finis, alius extrinsecus, alius intrinsecus.
2. Quando censetur præceptum ex fine extrinseco desumi.
3. Lex lata ob duplicem finem intrinsecum, & extrinsecum, intrinsecus spectandus est.
4. Cessante tota causa finali, ob quam res præcipitur, cessat lex.
5. Proponitur obiectio, & sic satis.
6. Limitat Soto, vt procedat postea declaratione Principis, vel consuetudine. Sed non admittitur limitatio.
7. Si cessat adæquatus finis pro determinato tempore, vel in parte legis, pro illo tempore, & illa parte cessat lex, seu suspenditur.

R 3 4

- 3 An cessatio finis legis toti communitati constare debeat, ut singularis eximatur? Resolvitur sufficere cuilibet constare.
6 An si esset finis legis in aliquo speciali casu, cesset lex. Proponeitur casus, & prima sententia affirmans.
10 Contraria sententia est communior, & securior.
11 Qua ratione nobis probetur.

Pramitto duplicem finem in lege attendi posse: alium intrinsecum, qui à re præcepta non distinguitur alium extrinsecum, & à materia præcepti distinctum. Prioris exemplum est, si legislator tibi præcipiat ieiunare, orare, elemosinam facere, propter honestatem, quæ in oratione, ieiunio, & elemosyna reperitur, posterioris exemplum est si hæc ipsa præcipiat, ut peccatorum debito satisfacias, ut carnem maceres, tentationes vitas; peccatorum enim satisfactio, maceratio carnis, & tentationum victoria non est materia præcepti.

2 Præmitto secundo aliquando cum fine intrinseco, & materia præcepti, finem alium extrinsecum coniungi & spectari aliquando vero solum spectari in materia præcepti finem extrinsecum illius. Quoties materia præcepti de se habet honestatem, lex illam præcipit, nisi aliud expresse constet, censetur præcipere ob finem intrinsecum illius, esto simul habeat alios extrinsecos fines. At quoties materia præcepti de se honestatem non habet, vel si illam habet, à legislatore non intenditur, sed solum intenditur illius executio, quatenus alicui finis extrinseco convenit, tunc ex illo fine extrinseco desumenda est tota honestas rei præceptæ; quod bene aduertit Suarez lib. 6. de leg. c. 9. n. 8. His positis

3 Dicendum est primo. Quando lex fertur ob duplicem finem intrinsecum, & extrinsecum; attendendus est semper finis intrinseco pro perseverantia legis, vel illius cessatione. Quoties, est finis extrinsecus cesset, si perseverat intrinsecus, non cessat lex. Ratio est manifesta. Nam ex fine intrinseco habet materia præcepta sufficientem honestatem bono communi convenientem, & propter illam præcipit est præceptum. Ergo perseverat præceptum. Quod exemplo ieiunij manifestatur, ad cuius obligationem omnes tenentur, etsi carnem habeant spiritui subiectam, quia non tantum ob carnis subiectionem imponitur, sed etiam ob honestatem temperantiz in ieiunio repetitam: & durante hac honestate durat præceptum: sic Salas disp. 1. de legibus, sect. 3. n. 34. Azor tom. 1. lib. 5. c. 16. quaest. 15. Castro lib. 1. de potest. leg. par. c. 5. docum. 3. Suarez lib. 6. de leg. c. 9. n. 9. Bonacina disp. 1. q. 1. punct. ult. §. 2. n. 1. vers. dixi cessante tota causa.

4 Dico secundo. Cessante tota causa finali, ob quam res præcipitur, cessat lex, & obligatio illius: sic cum communi sententia docet Couarr. 4. decret. 2. p. 5. n. 8. & cap. cum esset. de testament. n. 9. Azor supra Victor. relect. de potestate civili, n. 22. Suarez plures referens n. 5. innot. n. 10. Bonacina supra. Ratio ea est, quia lex in tantum obligat potest, in quantum materia ipsius iudicatur à legislatore bono communi expedire, sed cessante causa, ob quam iudicatum est bono communi expedire, cessat & legislatoris iudicium. Ergo cessat lex. Et confirmari potest exemplo voti, cuius obligatio cessat, si cesset causa finalis illius: ut si voti, non ingredi aliquam domum ob periculum puellæ ibi commorantis, & ipsa recedat, & commoretur alibi, cessat tibi votum.

5 Dices contingere posse, ut materia legis bono communi expediat, etiam si esset finis ob quam fuit impetrata. Ergo in illo casu non cessabit lex: sic docet tanquam valde probabile Salas disp. 11. sect. 3. n. 32. concl. 2.

Respondeo tamen cum reliquis Doctoribus negando consequentiam: nam ad cessationem legis, sufficit, si cesset convenientia, quæ per legem fuit intenta: alia autem convenientia, quæ succedit, à legislatore intenta non fuit; ac proinde ex illa non firmatur lex: solum enim deseruit ut denuo lex alia circa illam materiam fieri possit. Quod exemplo voti confirmari potest: cessat enim votum ingrediendi illam domum, cessante periculo ob quod fuit factum, etiam si aliud denuo superueniat, ob quod merito possis votum aliud facere.

6 Hanc conclusionem limitat, Soto lib. 1. de iustit. q. 6. art. 8. & lib. 3. q. 4. art. 5. ad 2. ut intelligatur cessare adveniente declaratione Principis, vel consuetudine in contrarium; secus vero ante illam. Moneri potest, quia esto cesset finis intentus à legislatore, adhuc lex sine peccato observari potest, ut suppono. Ergo poterat Princeps velle subditos ad illius obligationem teneri quousque sua declaratione, vel consuetudine in contrarium eximerentur. Ergo præsumendum est ita velle, quia hæc subiectio, & subditorum subordinatio bono communi videtur expedire.

Sed hæc limitatio admittenda non est: tum quia nullus, præter Sotum, illam admittit: tum quia apponit legem & obligationem novam absque villo fundamento. Nam vel obligatur communitas ad illius legis observantiam ex virtute illius legis & hoc non ob rationem superius dictam, quia non iudicat legislator ex illa lege materiam illam bono communi necessariam esse: siquidem illa necessitas, & convenientia iam expiavit. Vel obligatur communitas ex alia lege superueniente

qua Princeps statuit ius leges ferendas esse, quoties servari possunt sine peccato, etiam si cesset finis adequatus illarum quousque declarationem authenticam faciatis: hæc lex nullibi invenitur. Ergo fingenda non est. Adde si hæc declaratio necessaria esset, nunquam lex cessaret proprie cessatione causæ finalis quod est contra communem sententiam de sumptibus ex cap. cum cessante, de appellationibus, cessante causa cessat effectus, & cap. est Christus, de iurando, cap. post translationem, de renunciat. ubi glossa, verbo cessante, & cap. statimus, 61. dist. 1. verbo causa, in fine. & c. quod pro remedio, x. q. 17. Ex quibus textibus colligitur, cessante causa, cessare & legis obligationem, neque vllam Principis declarationem desiderari: alius potius diceretur cessare per abrogationem, quam per cessationem causæ finalis.

7 Aduerto tamen, sæpè non cessare causam finalem absolute, sed pro aliquo tempore, & tunc non cessat, absolute lex; quia absolute non est reddita inutilis, sed solum suspenditur eius obligatio pro illo tempore, pro quo iudicatur inutilis: ita docuit Suarez illo cap. 9. sine Salas disp. 11. sect. 3. n. 32. Bonac. disp. 3. q. 1. punct. ult. §. 2. n. 2.

Aduerto secundo, si lex plura diuisibilia contineret, & respectu vnus partis facta esset inutilis, & respectu aliorum utilis perseveraret; cessaret quidem in illa parte, in qua reddita fuit inutilis: perseveraret respectu aliorum in quibus utilis iudicaretur, quod nullum est inconueniens; cum in illo casu, non sit vnica lex; sed plures pro diuersitate rerum, quæ præcipiuntur: si tamen res præceptæ inseparabiles sint, & vna reddita est inutilis, regulariter videtur lex cessare: tum quia illa inutilitas inficit totam legem: tum quia bonum ex integra causa, & malum ex quocumque defectu, sic ex parte Suarez supra n. 18. Bonac. n. 5.

8 Sed inquires, an necessarium sit communitati cognoscere cessasse causam finalem legis, ut possit quilibet particularis contra legem facere vel sufficere notitia cuiuslibet?

Respondeo Suarez illo lib. 6. cap. 9. n. 12. necessariam esse publicam & manifestam illius cessationis notitiam in tota communitate, & hanc sufficere? & quod sufficit est clarum, quia iam communitati constat redditam esse legem inutili fini communi à legislatore intento. Quod vero hæc notitia necessaria sit, inde probat, quia lex communitatem adstringit, & ratione illius singulas personas. Ergo dum communitati non constat de cessatione, est singulis constet, singuli excusati non possunt quia non prius excusati possunt, quam ipsa communitas excusetur. Credo tamen si de facto aliquibus constaret cessasse integre finem à legislatore intentum posse aduersus legem procedere, seculo scandalo, etiam si communitati id non constaret; quia singulæ personæ communitatis non deobligantur à lege, ex eo quod communitas cognoscit rationem legis cessasse: sed ex eo quod de facto cessauerit. Ergo si ipsi cognoscunt de facto cessasse cognoscunt deobligatam esse. Adde à puncto cessationis causæ communitatem deobligatam esse quia lex perit, esto ipsa communitas ex ignorantia non cognoscat. Ergo quod ipsa communitas ex ignorantia se censet obligatam, non inde inferendum est carentes illa ignorantia obligatos esse.

Secundo inquires, an sufficiat probabile iudicium, vel dubium de cessatione causæ, ut possit communitas contra legem operari? Cui difficultati satisfecimus tract. 1. de conscientia episcopali, p. 6. & disp. 3. de conscientia dubia, p. 7. & 8. videantur ibi dicta.

9 Maior difficultas est, si cesset causa finalis in aliquo speciali casu citamque particularem personam, cum tamen vniuersaliter circa reliquos perseveret, an in illo casu cesset obligatio legis? g. latum est generale præceptum, ne arma noctu deferantur ob vitandas rixas, & perturbationes, cognoscis nullam sequendam esse rixam, neque perturbationem, etiam si deferas, poteris ne absque transgressione legis deferat: item lex prohibet cum Saracenis commercium ob periculum peruersionis; cognoscis nullum tibi esse tali commercio periculum adesse poterisne commercium profectui? Item est præceptum ne scholastici vestibus feris utantur, ne opes parentum exhauriantur, poteris ne his vestibus uti, qui parentem distulsum habet? & sic de aliis exemplis.

Circa hæc difficultatem prima sententia affirmat, quoties lex aliqua edita est, ob vitanda inconuenientia, cessare eius obligationem in quolibet casu, in quo ipsa inconuenientia cessat: secus vero dicunt de lege edita ob finem bonum, quæ non cessat, etiam si cesset finis, ob quem fuit edita, dummodo, maneat alius qui legis obseruationem honeste docet expectat. Caletan. tom. 1. opuscul. vnti. 12. de marr. q. 2. Nauarr. summ. c. 16. n. 37. Henric. lib. 11. de marr. cap. 17. n. 2. comm. lit. O. Ludovic. Lop. 1. p. instr. cap. 85. præterea peccat. Bartholom. à Ledesma dub. 17. de marr. fol. 1275 Eran. Sa in vtraque editione, verbo lex: n. 1. innotat glo. in est Christus, de iurando, verbo cessante in prin. Panor. in c. quoniam, de probat. num. 6. & latius in cap. quia insulis, de regularib. per textum ibi. & concludit generaliter cessante legis ratione in particulari cessare legem facit Sylu. verb. lex. q. 8. & 9. Angel. ibi n. 4. casu. 7. Ratio huius sententia ca esse potest, quia finis & ratio legis est anima ipsius legis

legis. Ergo in illo casu, in quo deficit, & lex ipsa deficere debet. Et confirmo. Cum deficit ratio legis vniuersaliter, cessat integre lex, & cum deficit pro aliquo tempore, pro illo deficit, seu suspenditur eius obligatio, vt diximus. Ergo etiam suspendi debet pro casu, & persona, pro qua deficit ratio legis. Quia ideo in supradictis casibus cessat obligatio legis cessante illius causa; quia tunc lex non iudicatur bono communi expedire, sed vbiusque cesset ratio ipsius, cessat ratio iudicij. Ergo & iudicium, ergo & lex.

10 Nihilominus communitur, & secuta sententia docet ob praesentem cessationem negatiuam causa finalis in aliquo speciali casu, circa aliquam, vel aliquas particulares personas non cessare obligationem legis, si in vniuersali causa finalis peteuerit; sic plures relatis docet Suarez lib. 6. cap. 7. n. 5. Et rursus cap. 8. Salas dicens esse certum disp. 11. sect. 3. n. 31. concl. 3. Bonacina disp. 1. q. 1. p. vlt. §. 2. n. 2. Thomas Sanchez lib. 3. disp. 1. n. 39. vers. sed displicet solutio. Ratio huius sententiae est, quia lex, & generale praecipit non respicit casus speciales, sed ea quae communiter contingunt, *lex qua raro, ff. de regul. iur. tur.* non enim lata est de prohibitione armorum, ob vitandam huius, vel illius rixam, sed ob vitandas rixas communiter contingentes. Ergo dum communitur contingere possunt, quilibet est censendus obligatus; quia iam videtur comprehensus sub lege, & sub fine illius. Item non leuia inconuenientia ex opposita sententia lequereatur; daretur enim occasio violandi leges non solum positas, sed naturales; cum facile posset quis affirmare cessare in illo rationem prohibitionis. Exemplum sit, si dicamus fornicationem esse prohibitam solum ob malam proles educationem, & quis expolisset media, quae ad rectam illius educationem possunt accogitari, necessaria; diceret etiam posset sibi licere fornicationem, quod abbit.

11 Mihi haec sententia omino probatur non ob rationem aliam, nisi amplius explicetur; sed quia exitimo finem legis in nullo casu speciali cessare, si in vniuersali non cesset; cessat in illo aliquo modo inconuenientia, quae lege intendebatur vniuersaliter praecauti. Aliud enim est cessare damnum, & periculum illius speciale, aliud cessare generale periculum illius. Finis enim legis, & vniuersalis praecipit prohibendi armorum delationem, v.g. est vitare generale periculum rixae, non speciale. Et ob huiusmodi finem omnibus etiam pacatissimis delatio armorum prohibetur, & merito quia lex est generalis, & omnes, qui in illam delinquere possunt, debet comprehendere. Ergo non possunt ipsi allegare, cessare in illis rationem prohibitionis, siquidem non cessat generale periculum, licet speciale cesset. Et ex hac ratione facilissimo negotio soluitur fundamentum primae sententiae. Cuius distinctio de lege lata ob vitanda inconuenientia, vel ob finem bonum, nullo modo est admitenda: nam, vt recte expendit Suarez lib. 6. de legibus, cap. 9. num. 14. eandem dependentiam vitare lex habet a suo fine. Neque imaginari potest, quare et cessatione vnus cesset lex, & non ex cessatione alterius, si in vitaque eodem modo cesset.

PUNCTUM II.

De cessatione legis per eius abrogationem.

Dupliciter lex tolli potest a Principe, vel secundum se totam, vel quoad aliquam illius partem, si integre tollatur, dicitur abrogatio, si secundum partem, derogatio. Quod autem de abrogatione dicitur, de derogatione similiter intelligendum est, quia est partialis abrogatio.

Secundo, praemitto abrogari legem posse vel alia lege contraria inducente obligationem ad contrarium actum, vel ad abstinentiam ab eo, qui erat per priorem legem imperatus. Vel abrogari potest tollendo obligationem illius, & nullam aliam imponendo. Videndum ergo est, quae conditiones feruande sine, siue hoc, siue illo modo lex abrogetur, & quis legem possit abrogare.

§. I.

Quae conditiones feruandae sint in legis abrogatione.

- 1 Lex valida, & utilis abrogari potest.
- 2 Vt honeste fiat abrogatio, requiritur causa bono communi proficiens.
- 3 Siue causa abrogatio legis ab eo, qui legem tulit, valida est, tamen si illicita.
- 4 Quia publicatio in abrogatione requiritur, proponuntur duae extremae sententiae.
- 5 Reducuntur in concordiam.
- 6 Quia publicatio sufficit, si non est per legem reuocatio facta.
- 7 Lex posterior priorem abrogat, si in corpore iuris prior fuerit inserta.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

- 8 Limitatur, nisi iuramento firmata fuerit.
- 9 Posterior abrogat priorem, dummodo illi contraria sit, neque patitur interpretationem.
- 10 Lex abroganda specialis, vel generalis extra corpus iuris non abrogatur, nisi illius fiat mentio saltem in genere.
- 11 Lex specialis pro aliquo loco, vel speciali materia, tamen si corpori iuris fuerit inserta, non abrogatur lege contraria, nisi illius fiat mentio saltem in genere.

PRIMO certum est legem validam, & reipublice utilem abrogari posse, non solum valide, sed etiam licite, & honeste: sic omnes expositores cum D. Thoma 1.2. *quest. 97. art. 1. Iurista in l. vnica, C. de caduc. tollend. in princ. Et in l. 1. §. 2. ff. de consuet. Princip. Et in cap. non debet, de consanguinit. Et affinit. Et cap. alma mater de sentent. excommunicat. in 6. Ratio est, quia obligatio legis pendet a voluntate legislatoris. Ergo si cessat eius voluntas, cessabit & lex. Quod autem licite possit hanc voluntatem habere tollendi legem factam, inde constat; quia pro varietate temporum res solent mutari, & quae vno tempore bono communi iudicabatur vitis, postea minus vitis esse potest. Adde, etsi lex vitis sit reipublicae, potest magis vitis esse illius reuocatio: tum quia ex illa foret grauaum nimis subditi: tum quia facta est tanta legum multiplicatio, vt videatur non leuiter conuenire aliquas abrogare: tum quia passim violatur, & cedit ex malicia subditorum in illorum perniciem. Ex quibus rationibus constat, & posse legem vitalem esse reipublicae, & ex alia parte posse valide, & honeste abrogari.*

2 Secundo certum esse debet, vt honesta sit, & licita abrogatio, necessarium esse causam pertinentem ad bonum commune. Constat ex supradictis textibus, praecipue ex 1.2. *ff. de consuet. Princip. Et ex cap. non debet, de consanguinit. Et affinit.* Et ratio est clara, quia abrogare legem vitalem reipublicae absque legitima causa, est abuti potestate, & iurisdictione sibi concessa. Ergo peccat. Deinde Princeps ex officio tenetur sibi subditos regere legibus conuenientibus. Ergo si has leges tollit absque causa, iniuste facit, quia subditis prauidetur.

3 Tertio certum esse debet putam legis abrogationem factam absque causa, ab eo, qui legem tulit, validam esse, esto illicita sit. Probo, quia legis obligatio ex voluntate legislatoris pendet. Ergo si cessat eius voluntas, & nolit amplius ea lege obligare, cessabit obligatio legis. Dixi, abrogationem puram: nam si fiat per nouam legis impositionem, certum est sine causa non valere, quia non valet lex, quae non iudicatur bono communi expedire. Minus enim necessarium est ad legis abrogationem, quam ad illius impositionem, quia minus necessarium est ad tollendam subditi obligationem, quam ad imponendam illis: & in his omnes ferè Doctores conueniunt: vt videre est in Vasquez 2. *part. de legibus, disputat. 178. à capit. 1. Salas disp. 18. sect. 1. praecipue num. 3. Et 4. Suarez lib. 6. cap. 25. à n. 3. Bonacina disp. 1. q. 1. punct. vlt. §. 1. n. 1. Et 2.*

4 Difficilis prima est, Quae publicatio requiratur in abrogatione, vt censetur lex abrogata? In qua re sunt duae extremae sententiae. Prima expostulat publicationem similem cum lege, quia vsque legis reuocatio subditi insinuat, lex publicata viger, & subditi illa adstringuntur: sic docet Vasquez disp. 156. cap. 4. num. 25. consentit expresse Azor tom. 1. lib. 5. cap. 3. *quest. 7. Salas disp. 12. sect. 8. Et disp. 18. sect. 2.* Secunda sententia huic contraria est, nullam publicationem requiri, sed sola voluntate Principis abrogari legem posse, sic docent Cordub. lib. 3. *qui est de indulgent. quest. 16. post 3. conclus. Capreolus in 4. distinct. 1. quest. 3. ad 1. contra. 1. conclus. Conrad. 1.2. quest. 90. art. 4. vbi Moan. circa finem art.* Mouentur, quia in tantum lex obligat, in quantum legislator intendit obligare. Ergo si cessat eius intentio, cessabit obligatio. Et confirmo, si a principio sine intentione obligandi legem ferret, etsi subditi ignari illius intentionis crederent se obligatos: at reuera obligati non erant. Ergo etiam postea deobligati manebunt, cum primam reuocant intentionem.

5 Facile possunt huiusmodi sententiae in concordiam reduci. Si dicamus priorem sententiam loqui de reuocatione, quae fit per nouam legis impositionem, haec enim abrogatio omnes conditiones legis habere debet: neque censenda est vim habere reuocandi legem, quousque sic in ratione legis constituta, quia effectus reuocationis est illi secundarius. Secundam autem sententiam dicere possumus loqui de pura reuocatione, quae sola reuocatione Principis etiam interius facta compleri potest. At reuocare hoc modo absque promulgatione non est praesumendum de Principe: quia esset reuocatio debite gubernationi contraria, & multis inconuenientibus exposita, & ferè nullius effectus. Quocirca mihi valde probabile apparet non posse Principem solam voluntatem iam intimatam, & quae obligationem induxit, sola reuocatione reuocari, & quae actibus interioribus non se homines communicant neque ex illis potest effectus aliqui in alios reuolare. Ergo ex sola interiori reuocatione non potest obligatio subditorum tolli: aliàs posset dici abolutionem a censura, & dispensationem

DE
ASTRO
PALAC
TOM.
LIB.
F. V. V.